

- indictum, & extraordinarium superindictum appellari possunt.
- 8 Collectæ præstantiæ & tallis, que Hispaniæ deramas, Lusitanæ finitas, nuncupantur. Appellatur etiam impositiones, Hispaniæ pedidos & empredidos. Et quid liberalis præstatio nuncupetur?
- 9 Tributum borra nuncupatum, quod? Et ad quid infermat?
- 10 Pechos que tributa in hoc regno dicantur, à quibus exempti sunt, quos hidalgos vocant.
- 11 Tributivum vocabulum quam late pateat, si ample sumatur, sicut, vsurpari consuevit.
- 12 Munus quot modis vsurpetur, & in quibus acceptio-nibus tributivum rationem habeat. Et à quibus mune-ribus exempti sint, qui hidalgos in hoc regno dicantur.
- 13 Angaria & parangaria quid.

Ordiendum verò nobis est ab explanatio-ne variorum nominum, variorumque ge-nerum tributorum. Atque in primis vo-cabulum, tributum, aut etiam tributus (vtroque enim modo dicitur, vt cum Aulo Gellio, lib. 13, cap. 19, noctium Atticorum, Otolora de no-bilitate par. 1. cap. 2. num. 4. obseruat, concinitque il-lud Plauti in Epid. Tributus maior penditur) auctore Varrone, referenteque Calpurnio, dicitur à tributus, quod ea pecunia, que ad bella, in subsidiumque rei-publicæ solui præcipiebatur, tributum, hoc est per sin-gulis tribus, iuxta censum, facultatesve cuiusque à singulis soluebat. Albericus in dictionario, verb. tributum, ab Otolora vbi supra relatus, voluit, di-ctum esse à tribus gentium generibus, ex quibus po-pulus Romanus creatus est: vnde etiam tribunos plebis dictos fuisse affirmat. Festus verò (referente Calpurnio) ait, dictum esse à tribuendo, quia ex priuato in publicum tributur, iuxta illud Ciceronis. 2. de off. Danda etiam est operatio, ne quod apud maiores no-stros sepe fiebat, propter ararum tenuitatem, assiduitatem que bellorum, tributum sit conferendum. Vlpianus etiã 1. ager. §. stipendium. ff. de verb. sig. à tribuendo di-ctum affirmat. Sic enim ait. Stipendium ab stipe (id est, modico are) appellatum est: quod per stipes, id est, modica aræ, colligatur, idem hoc (quod scilicet eo mo-do colligitur) tributum appellari Pomponius ait. Et sane appellatur à contributione tributum: vel ex eo, quod militibus tributatur. Hac de origine nominis triouti.

Quod vero ad rem attinet, vt disput. 381. dictum est, census à censendo, hoc est, æstimando, dictus, vno modo sumitur pro rerum, seu facultatum, cuius que æstimatio, quæ fit, vt pro earum valore, tri-butum vnusquisque in commune bonum, tributum ve-soluat. Quo autem modo eiusmodi æstimatio de iure communi fieri deberet, habetur. l. forma. l. vitia, & alij iuris. ff. de cens. l. 2. & 3. C. de censib. lib. 11. Ind e vero diximus nomen hoc accommodatum vl-terius fuisse, tum ad significandum facultates & bo-na cuiusque, quæ ad id censeri, æstimari ve, consue-uerunt; tum etiam ad significandum tributum ip-sum, quod inde soluebat, vt constat ex l. 2. C. sine censu vel reliquis, &c. & ex alij iuris. Imo vero, vt ibidem dictum est, inde vltimus nomen est exten-sum ad significandum tributum, quod per capita fa-miliarum, in signumque subiectionis supremo prin-cipi erat impostum ac soluebat: de quo sermo est Matth. 22. quando interrogatus fuit Christus; Licet censum dare Cesaris, an non?

Hinc intelliges, censum, pro tributo, duplicem fuisse. Quendam, qui soluebat ex bonis cuiusque pro illorum quantitate, ad quod fiebat bonorum sin-gulorum hominum æstimatio: variatque eorundem bonorum statum; quoniam bona cuiusque facile ac-

A crescunt, & decrescunt; æstimatio quoque bonorum, que scribebatur in catalogo censitorum, hoc est, eo-rum, qui eiusmodi æstimationes faciebant, & quanti-tatem census, seu tributum, cuius pro æstimatioe bo-norum illius, decernebant, variebat in eodem cata-logo, vt ex l. forma & ex alij iuris citatis, est ma-nifestum: & cõsequenter census, seu tributum, in eadem proportione augebatur, aut minuebatur, in illo eodem catalogo. Vnde constat, tributum hoc fuisse reale, patrimonij, seu bonorum cuiusque, pro eorundem bonorũ æstimatioe, & deberi à persona ratio-ne eorundem bonorũ, dum ipsius erant: transeun-tibus vero eis bonis ad alium, transire etiam ad illũ obligationem soluendi, ratione eorum, tributum æ pereuntibus vero bonis, cessare etiam obligationem soluendi inde tributum, pro quantitate eius quod perijt, minorisq; æstimationis, que in eisdem bonis manet. Melius tamen dicemus, quando tributum est statutum, vt vnusquisque, pro quantitate valoris sui patrimonij soluat contribuendo ad aliquã certã sum-mam, quam res publica tota, aut talis populus, soluere debet principi, tale onus, ac tributum non esse mere reale, sed esse mixtum, seu participans de reali & personali, vel potius retinere median quandam naturam inter mere reale, & mere personale: quoniam ratione bonorum, & propter bona, teneat persona illud soluere, dum fuerint ipsius: non tamẽ onus illud & tributum est infixum & collocatum in bonis: eaque de causa, quando ea bona transeunt in alium possessorem, teneat quidem nouus possessor, ratione illorum, soluere deinceps tributum, quod propter illa debetur: non tamen, quod propter illa fuit debitum à suo antecessore, etiam in defectũ talis anterioris possessoris, qui non soluit, esto sol-uendo non fit: quoniam onus illud non erat mere reale, rebus infixum: sed debitum à persona, ratione eorum bonorum, hoc est, pro quantitate valoris, seu æstimationis illorum, & dum ea bona erant ipsius. Idem dico, quando non est statuta certa summa, quæ à tota republica, aut ab aliquo populo, contribuendo illo modo, soluitur principi: sed in tributũ est statutum, vt vnusquisque, pro quantitate valoris sui patrimonij, soluat quotannis principi, ad ratio-nem vnus, verbi gratia, pro centum, aut pro quin-quaginta, siue omnia ea tributa maiore, siue mino-rem, summam efficiant: tale quippe tributum non est mere reale infixum ipsi rebus, sed est medium inter mere personale, & reale debitum solum à per-sona, sed pro quantitate & æstimatione sui patrimo-nij, dum fuerit patrimonium ipsius. Quando autem tributum aliquod collocatũ esset in aliquo prædio, vt ex illo certum quid solueretur, in scilicet, vt præ-dium ipsum tributarium esset in se, tunc tributum illud esset mere reale, & dimitteretur prædium, tan-quam onus illius, & tãquam debitum ex illo, ac pro inde esset tale prædium obligatum, non solum pro tributis ex illo in posterum soluendis, sed etiam pro antea ex illo debitis, etiam ab antiquo eius prædij possessore, nondum que soluitis. Ita habetur. l. Impe-ratores in princ. ff. de publican. l. cum possessor. §. vlt. ff. de censib. l. 2. & l. vltim. C. sine censu. vel reli-quis, & c. Idque, vt his duobus iuris habetur, etiã si venditor tale prædium vendidisset, suscipiendo in se onus soluendi censum. Hoc loco obseruanda, de iure communi, censum, seu tributum, de quo loquimur, in prædij ipsi videri collocatum facta æstimatio-ne cuiusque prædij, quantum inde fitisco, seu princi-pi, esset soluendum, vt ex iuris citatis constat.

B Vtrum autem etiam ex bonis mobilibus, pro illorũ valore census solueretur, nõ mihi est satis explora-tum. Illud etiam obseruanda, de fructibus agrorum fuis-se aliquando statutum in censum, ac in reale tribu-tum, Imperatoribus certam quotam, nempe quin-

C ensus, siue sit rei ac patrimonij, siue capitis, pen-sitatio publica etiam nuncupatur, vt ait glossa in ru-br. C. de censib. & censitoribus lib. 11. Tametĩ la-tius patet, & ad plura se extendat, publica pensita-tio, vt constat ex glossa in rub. & ex toto titulo, C. si propter publicas penitationes: quamvis etiam pen-sitatio potius significet actum soluendi censum, & similia alia, que annuatim, aut alijs statutis tem-poribus, fitisco sunt soluenda, quàm censum ipsum in se. Vterque etiam census proprijsimè, & presẽ appellatur tributum, vt tributum à vtegalis di-tinguatur.

Est enim vtegalis presẽ & proprie, quod soiu-tur ex rebus ac mercibus, que veliuntur de loco ad locum, ratione loci publici, pro quem transeunt, aut quo afferuntur. Vnde glossa. l. 1. §. 1. vendant, ff. de pu-blican. & vtegal. distinguit vtegalis à tributo, quod vtegalis fit id quod soluitur ex rebus, que veliuntur, dictum à vehendo, quodamque octaua pars eorũ, que vehuntur, soluebat, vt patet. l. ex prædiatione, & l. allegatis. C. de vtegalib. & commissis: at ve-ro tributum fit id, quod soluitur, ratione soli, ab eo, qui illud possidet. Adde, vt, ratione totius patri-monii, aut per capita familiarum. Quod vero cen-sus vtroque modo acceptus, fit tributum sumptum presẽ, præterquam quod id affirmat communis do-ctorum sententia, colligitur ex. l. 1. C. in quib. caus. pig. tacite contra, vbi censum tributum appellatur, & ex alij iuris. Item ex illo Christi Matth. 17. vbi eum, qui didrachmam in censum capitalem petebat, dixisset Petro, Magister vester non soluit didrachmam;

quagesimam partem hordei, ac frumenti, quadrage-simam vini, & vigesimam lardi, hoc est, suillarũ car-nium, vt constat ex l. modios. C. de fuscceptorib. præ-postis lib. 10. Atque eiusmodi census, & siquid aliud simile soluitur, videtur appellari annona, quæ inter tributa, late sumpto nomine tributi, computatur, & consentit glossa. l. 1. §. 1. verb. pendant. ff. de publi-can. & vtegal.

Alius vero erat census, qui soluebatur, non quidẽ de bonis pro illorum quantitate, qualis est hæcenus explicatus, qui idcirco dicebatur tributum rei, hoc est, patrimonij, sed qui soluebatur pro capite cuiusque familia; eaque ratione appellabatur, non quidẽ tributum rei, & patrimonij, sed tributum capitis. De eiusmodi censu ac tributo est sermo. l. vlt. §. Di-us Vespasianus, ff. de censib. illis verbis; Tributum is remisit capiti. De eodem etiam mentionem fecit glossa in rub. C. de annos. Et qui eiusmodi tributũ soluebant, apud Romanos dicebantur capite cen-siti: atque Otolara vbi supra nume. 7. hoc tributum eos solos soluisse, qui propter rei familiaris tenuita-tem, illud aliud rei ac patrimonij soluere non poterant. Affirmat vero, quando caput familie erat vir, soluisse autem integrum, seu auri drachmam: quã-do vero erat mulier, soluisse dimidium auri: nihil tamen asserit, vnde id probet, aut constet. Nos vero disp. 400. de eiusmodi censu, seu tributo capitis Iu-deis à Romano Imperatore impostis, quo solueba-tur didrachma, vt Math. 17. constat, hoc est, num-mus ponderis duarum drachmarum, diximus fuisse nummum argenteum duarum drachmarum, ac pro inde duorum regalium argenteorum: nam regalis argenteus drachmam appendet, detracta modica quantitate pro eis moneris: eundem, vt ibidem os-tensum est. Vnde iterum in ore piscis reperitum, qui erat ponderis quatuor drachmarum, quatuor ve regalium argenteorum, iussit Christus. Iam pro se & pro Petro, cum prius illo eodem capite offendisset, liberum se esse à solutione eius census ac tributi. Hinc dico denarium censum Matth. 22. ostensum Clitristo, iussit ponderis duarum drachmarum, duo rum ve regalium argenteorum.

Census, siue sit rei ac patrimonij, siue capitis, pen-sitatio publica etiam nuncupatur, vt ait glossa in ru-br. C. de censib. & censitoribus lib. 11. Tametĩ la-tius patet, & ad plura se extendat, publica pensita-tio, vt constat ex glossa in rub. & ex toto titulo, C. si propter publicas penitationes: quamvis etiam pen-sitatio potius significet actum soluendi censum, & similia alia, que annuatim, aut alijs statutis tem-poribus, fitisco sunt soluenda, quàm censum ipsum in se. Vterque etiam census proprijsimè, & presẽ appellatur tributum, vt tributum à vtegalis di-tinguatur.

Est enim vtegalis presẽ & proprie, quod soiu-tur ex rebus ac mercibus, que veliuntur de loco ad locum, ratione loci publici, pro quem transeunt, aut quo afferuntur. Vnde glossa. l. 1. §. 1. vendant, ff. de pu-blican. & vtegal. distinguit vtegalis à tributo, quod vtegalis fit id quod soluitur ex rebus, que veliuntur, dictum à vehendo, quodamque octaua pars eorũ, que vehuntur, soluebat, vt patet. l. ex prædiatione, & l. allegatis. C. de vtegalib. & commissis: at ve-ro tributum fit id, quod soluitur, ratione soli, ab eo, qui illud possidet. Adde, vt, ratione totius patri-monii, aut per capita familiarum. Quod vero cen-sus vtroque modo acceptus, fit tributum sumptum presẽ, præterquam quod id affirmat communis do-ctorum sententia, colligitur ex. l. 1. C. in quib. caus. pig. tacite contra, vbi censum tributum appellatur, & ex alij iuris. Item ex illo Christi Matth. 17. vbi eum, qui didrachmam in censum capitalem petebat, dixisset Petro, Magister vester non soluit didrachmam;

A præuenit eum Clitristus dicens, Quid tibi videtur, Reges terra à quibus accipiunt tributum, vel censum? vbi censum tributum etiam appellauit. Et cum Mar-theus. cap. 22. referat Phariseorum discipulos cum Herodianis interrogasse Christum, Licet dare cen-sum Cesari; Marcus. c. 12. & Lucas. c. 20. referunt in-terrogasse, Licet dare tributum Cesari? quia census, etiam capitis, & tributum, idem sunt. Eodem mo-do videtur sumpsisse Paulus ad Rom. 13. tributum presẽ & proprie, vt à vtegalis distinguitur, in vtroque censu, qui in subiectionis signum, in sum-ptusque principis ac ministrorum illius, soluebatur, dum dixit, Ideoque necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam: ideo enim & tributa præstatis (in signum scilicet subiectionis) ministri enim Dei sunt. Reddito ergo omnibus debita; cui tributum, tributum; cui vtegalis, vtegalis, cui timor, timor; cui honorem, honorem. Eodem modo fugi videtur tributum. e. secundo de censib. vbi exponuntur verba Pauli relata, vt à nobis sunt expo-sita. Atque eodem modo sumi videtur, cap. fi tribu-tum, iuncto. c. magnam. 11. q. 1.

Vterque census, tributum ve vtrunque, rei scilicet, seu patrimonij, & capitis, soluitur Regi in hoc Castellæ regno. A triennio enim in triennio (mo-do tamen ad comitia vocet, que nostri Cortes vocat, in vnoquoque triennio, ibique pro sequenti triennio petatur ac concedatur pro procuratores ex ciuitatis ab ea comitia missos, iuxta l. 2. titu. 7. lib. 6. nouæ col-lect.) regnum totum antea soluebat trescentos cun-ctos de marauedis, centum scilicet cunctorum pro linguis annis, atque hoc est, quod appellatur seruitium ordi-natum: iam vero hodie soluitur e i quadringenti quinquaginta quatuor cunctorum, ceterum videlicet quia quaginta pro linguis annis, & quatuor in stipendia, vt fertur, pro augmento quodam numeri senatorũ, quod regnum petiuit, vt citius cause in supremis tri-bunalibus expedirentur. Atque incrementum hoc supra trescentos cunctorum, appellatur seruitium extra-ordinarium. Insuper soluit regnum in stipendium, pro colligendo hoc seruitio, ad rationem quinde-cim pro mille, ministris, qui hoc seruitium Regi debent recipere à singulis communitatibus oppidorũ, que id collectum tradere eis debent. Hoc vero munus recipiendi hoc seruitium Regi stipendiumque illud, deputatum est ijs procuratoribus de Cortes, qui seruitium illud nomine ciuitatis, ac regni in sequens triennium Regi concedunt, vt habetur. l. 9. titu. 7. li-bro 6. nouæ collect.

Hi vero eliguntur duo in vna-quaque ciuitate, que procuratores mittit vnus de ma-nero de los Regidores eius ciuitatis: alter vero ex alijs nobilibus eiusdem ciuitatis. Quantum autem ex to-ta hac summa totius seruitij, soluere debeat vnaque regio, & vnusquoque oppidum vnusquisque regionis, à ministris supremis bonorum Regis est iam statutum. In vnoquoque vero oppido, vt singuli, qui sui iuris sunt, contribuant ad eam sum-mam, quam ad id oppidum soluere spectat, patrimo-nium, seu bona cuiusque, æstimantur, non solum in mobiliis, sed etiam in mobiliis, & rationemque quo nam pacto bona, tam in mobilia, quam in mobilia, æstimari debeant, constitutum habent: atque pro valore patri-monii cuiusque illo modo æstimati, habentur sin-guli contribuere plus, vel minus, eius summe. Vt vero hæc omnia rite fiant, cessentque abusus, & quo ad fieri possit, æqualitas inter omnes seruetur, late sunt variae leges, que habentur lib. 6. nouæ collect. titu. 14. à leg. 3. vsque ad 13. Lege autem 11. & à l. 15. explanatur, qui non eximantur ab eiusmodi cõ-tributione, multaque privilegia antea concessa, reuo-cantur. Lege autem 15. titu. 9. lib. 7. nouæ collect. sancit-ur, vt, qui egerit in vno loco, si bona aliqua alia ha-beat in alio loco, ibi contribuat ad hoc seruitium,

iuxta valorem rerum, quas ibi habuerit. Hinc iam factis est percipitum, centum hunc, seu tributum, esse rei ac patrimonii, non vero capitis. Non tamen ex hac supputatione, & estimatione ad hanc contributionem, prædica in hoc Castellæ regno efficiunt tributaria portiones, quæ, pro illorum estimatione, eorum possessoribus habentur solvere. vt de iure communi fiebat, sed libera omnino manent. Quare in hoc tributo locum habet id, quod supra dicebamus, ita scilicet esse tributum rei & patrimonij. vt mediam quandam naturam retineat inter tributum mere personale, & mere reale, neque affixum sit rebus ipsis, sed debeat ut personis ratione valoris, seu estimationis earum rerum, atque dum possessores earum sunt.

Aliquibus vero in locis, vt se eximant ab onere æstimandi singulorum bona, exigendique ab vnoquoque portionem, quæ illum, iuxta valorem sui patrimonij contingit, vt in hac ciuitate Conchenfi, Hispali, & in quibusdam alijs, rationem aliam habent colligendi, ac solvendi eam summam, quam ea ciuitas contribuere tenetur. Et quidem in hac Conchenfi ciuitate auctum tantillum habent pretium ponderum, carnum, & piscium, ac mensurarum vini, & olei, idque pretij incrementum *sisla* vocant, quæ non soluit Ecclesiastici, dum res eiusmodi emunt, neque item ij nobiles, quos *hidalgos* vocant, eo quod exempti sint à contributione ad id seruitium: atque ex illa *sisla*, incrementove illo pretij, quod ciuitas locutur habet pro tanta pecunie quantitate, quæ sufficiat ad eam totam summam seruitij soluendam, & ad soluendum censum, seu tributum caputum, de quo statim erit sermo, vtrumque soluit sine mole *sisla* illud exigendi à singulis, æstimandique patrimonij singulorum.

Alius census, seu tributum aliud, capitis, soluit etiam Regi in hoc Castellæ regno à septennio in septennium, decem & sex videlicet maravedini, & in regno Legionis duodecim dumtaxat, ab vnoquoque capite familiaris, seu domus, appellaturque *moneda forera*, daturque in signum recognitionis supremi domini. Et quamvis nobiles, quos *hidalgos* vocant, exempti sint, non solum à præcedente, sed etiam ab hoc tributo: in privilegijs tamen, quæ aliquibus alijs conceduntur exemptionis à tributis, excipit soluit hoc tributum de la *moneda forera*; eo quod peculiariter in signum & recognitionem subiectionis suæ premo principi soluitur. Vnde in aliquibus eiusmodi privilegijs (referente Oratoræ cap. 2. num. 10. citato) sic scriptum legitur: *Os hazenos gratia y merced que no pecheys en los pechos y derramas, &c. excepto en la moneda forera.* Et l. 10. tit. 1. 8. part. 3. habetur, etiam si alicui concedatur privilegium, vt sit exemptus à solutione tributorum, nisi in eo privilegio exprimat, vt etiam sit exemptus de la *moneda forera*, non censeri exemptum à solutione illius, eo quod in signum subiectionis, recognitionisque supremi domini soluitur, & notat ibi Greg. Lopez glossa 1. Qui autem exempti nihilominus sint ab hoc tributo, & quæ ratio in eo colligendo sit tenenda, & cetera, quæ ad illud spectant, habentur copiose lib. 9. nouæ collectæ tit. 32.

Alius etiam census, seu tributum aliud, capitis soluitur, quod appellatur *Martiniaga*: eo quod in festo sancti Martini soluitur. Vnusquisque enim, qui est sui iuris, neque propter nobilitatē *hidalgia*, aut alia ratione, est exemptus, soluit in hoc tributum quotannis duodecim maravedinos in festo sancti Martini. Est hoc etiam tributum in hac Conchenfi ciuitate, simul cum præcedentibus, soluitur ex *sisla*. Est vero hoc tributum antiquius, quam ordinarij & extraordinarij seruitium. Aliud simile erat tributum, quod soluebatur in mense Martio, inde-

dictum est *Marcadga*, de quo mentio fit l. 10. citata, & l. 2. tit. 1. 8. part. 3. atque ibi Greg. Lopez alicubi soluit, & appellatur *el buey de Marco*.

Indictum tributum dicitur, quod denunciatur, & præcipitur, vt soluitur. Quæ ratio, quod dicitur tributum de nouo indicitur, denunciatur, ac præcipitur, vt soluitur, sive ad tempus, sive in perpetuum, statuti certis temporibus, appellari potest indictum tributum videlicet. Peculiariter vero in iure appellatur indictum, id solum tributum, quod Romanis soluebatur singulis quindecim annis, diuisis in tria lustra, hoc est, in tres quinquennios, ex quibus illi quindecim anni constabant. In quorum primo soluebatur certa ferri quantitas, ad arma militibus conficienda, in secundo certa argenti quantitas, ad stipendia militibus soluenda; & in tertio certa quantitas auri, vt reponeretur in reipublica arario. Vel vt alij volunt) in primo quinquennio soluebatur certa auri quantitas, in secundo argenti, & in tertio aris. Lege *gloriam* in rub. C. de iuditionibus libro decimo, *gloriam* in authentico, vt præponatur nomen Imperatoris, verb. *indictionis*, & lo. c. inter dilectos, de fide instr. verb. *indictionis*, & *gloriam* in principio Codicis, de Codice Iustiniani confirmando, verb. *septima indictionis*. Quia enim indictiones, seu aduocationes fiebant, vt le omnes pararent ad eam summam contribuendam, id tributum indictum fuit nuncupatum, & denunciations ac aduocationes indictiones sunt appellatæ, sive à principio fuerit dictum vt esset in perpetuum, sive non, sed pro primo quinquennio, aut ad certum tempus, & postea fuerit factum perpetuum, vt quibusdam placet. Sicut autem Græci, cum antea tempora suppulerentur ab anno diluuij, (qui mos apud Hæbreos perseverauit) institutis ludis Olympicis, qui de quadriennio in quadriennium celebrabantur, ceperunt computare tempora per Olympiades, quæ quatuor diebus annis constabant, & ceperunt trecentis tribus annis post Troiam deletam; & viginti octo annis ante Romam conditam: sic Romani supputationes temporum per indictiones introduxerunt, vt finitus quibusque quindecim annis solutionis integri lustri, tributum, noua inciperet indictio. Atque in primo, sex huiusmodi his quindecim annis, dicebant esse primam indictionem, in secundo, secundam; & ita consequenter vsque ad quindecim; singulis enim annis videbatur fieri indictio, vt eo anno solueretur pars proportionalis summe soluendæ intra totum quinquennium.

Et quoniam Christus natus est, tribus elapsis annis à cepta noua indictione eius quindecim, in quo natus est, si adiungas annis à Christo nato, tres annos, & à tota ea summa annorum demas omnes quindecim iam finitos, vtique anni, qui remanent ex quindecim ultimo incepto, nondumque finito, constituunt indictionem præsentem. Vt si finis in primo anno talis quindecim, sumis in indictione primam, si in secundo, sumis in indictione secunda, & ita vsque ad quindecim annos finitos, quando iterum incipit noua alterius quindenij indictio; sicque intelliges hunc supputandi modum passim repetitur in literis Apostolicis, ac alijs. Superindictum appellatur incrementum tributi indictum, ad ditiumque tributum antea indicto. Iuxta hæc, seruitium ordinarij, quod regnum hoc soluit Regi trecentorum *cueros* in vnoquoque triennio, soluendo illi centum *cueros* singulis annis, factaque denunciationse prius singulis annis regionibus singulis, singulisque illarum oppidij, quantum vnaquæque regio, & quantum vnusquisque populus, contribuere debeat eius summa, vt sint parati tempore solutionis, neque executorum ad illos, elapso eo termino, mittantur, qui, cum illorum maiori sumptu ac detrimento, eas contributiones accipiant, appellari optime potest indictum, simile

illi

illi alteri Romanorum. Extraordinarium vero seruitium, centum quinquaginta quatuor *cueros*, in super soluendum similiter per partes aequales eisdem tribus annis, appellari etiam recte potest super indictum.

Quando Princeps, ac Respublica, petit à subditis summam aliquam ad tempus, pro necessitate, aut vtilitate reipublicæ occurrente, & populi eam acceptant ac solunt, aut quando communitas oppidi petit à singulis summam aliquam ad sumptus ipsiusmet communitatis oppidi, aut ad aliud populo vtile, & id soluunt, id fieri solet, contribuentibus singulis pro quantitate sui patrimonij, eo modo, quo dictum est contribui in hoc regno ad soluendum ordinarium, & extraordinarium seruitium. Atque indictiones, vt ita contribuant, diuisioneque illo modo totius summe per singulos, & contributiones ipsæ, appellari solent collectæ, præstantiæ, & talliæ; à colligendo, præstando, & taxatione, videturque Italicum ac Gallicum nomen *tallia*, Hispanè dicuntur *derramas*, Lusitanè *finitas*. Ex parte vero principis aut communitatis, eas petentes, dicuntur impositio: Hispanè, *pedidos y empreñidos*, ad nunquam soluendum. Lege Syllustrum verb. *gabel la. 1. numer. 4. Gab. in 4. dist. 1. q. 4. att. 1. notab. 4. Oratorum c. 2. citato. n. 15. & 21. & alios, quos citat. Sic, sex annis elapsis, qui finiuntur hoc anno millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, petiuit, atque obtinuit Rex ab hoc regno octies centes centenas ducatorum (*ochomillones* nostri uocant) soluendas intra sex annos ad bellorum sumptus, & ad subueniendum reipublicæ Christianæ necessitatibus. In hac autem ciuitate Conchenfi, etiam collectæ solui solent imposita *sisla*, vnde tota summa colligatur ac soluatur.*

Quando autem princeps aliquid petit à singulis, penes ipsos relinquunt, aut, & quantum velint dare, vt Carolus V. petiuit in hoc regno, quando Galli Turcas in ipsorum adiutorium conuocarunt, & Rex noster Philippus ultra *ochomillones*, quos petiuit & obtinuit à regno, simul à communitatibus populorum, Ecclesiarum cathedralium, & à priuatis, petiuit, vt, quod vnusquisque vellet, id conferret ad id, ad quod *millones* petierat, tunc id non habet rationem tributum, neque perpetui, neque ad tempus, sed liberalis præstationis ac contributionis.

In locis iurisdictionis huius Conchenfis ciuitatis subiectis, & in quibusdam alijs, quicumque in eis habet centum oues, aut plures in quantumcunque numero, soluit quotannis agnam vnâ annuiculam, quam *borra* vocant. Eiusmodi autem deputatæ ab initio fuerunt, vt his conferrentur, quos vocant *caualleros de la sierra*, cuius munus est, custodire loca eadem, vt non, nisi iuxta leges præscriptas, signa sentiantur. In hac vero ciuitate Conchenfi, cum quatuordecim sint parocciæ, sancitum fuit, vt, qui certæ qualitatibus essent, eorum que haberent, ad sortes quotannis in festo S. Michaelis admitterentur, atque ordine quodam ex duabus paroccijs, duo *adiles* (*almotaxanes* nostri uocant) sorte eligerentur eius anni, vnus ex eiusmodi vicinis vnus earum parocciarum, & alter ex alia: qui ex eo munere non modicos redditus, emolumentumque habent. Ex sex vero, ex alijs duodecim paroccijs, forte similiter eligerentur sex, quos vocant *caualleros de la sierra*, singuli ex eiusmodi vicinis singularum earum parocciarum. Ceterum admittuntur ad has sortes, sicut & ad sequentes, etiam vicini sexagenarij, qui equum non habent. Si tamen eiusmodi sexagenario fors contingat, censetur electus, non ex *cauallero de la sierra*, sed in sorte, de qua mox erit sermo, iterumque eligatur alius ex eadem paroccijs, ex his solum, qui equum habent, ex *cauallero de la sierra*. Hi vero omnes sic ad id munus

A electi, contenti sunt solo emolumento pecuniarum illorum, quos in aliquo delicto circa signa cadenda comprehendunt. Ex reliquis vero alijs sex paroccijs eliguntur totidem, singuli ex singulis, inter quos, & inter senes sexagenarios, si qui electi fuerant ex alijs sex paroccijs, diuiduntur æqualiter *borra* illius anni, ad nullumque minus præstandum, propter id emolumentum, tenentur. Eiusmodi vero omnes sortibus ordine quodam inter omnes paroccijs diuiditur, ita vsingulis septem annis ad omnes deueniat fors munericæ *adiles*, & similiter alterentur in reliquis duabus sortibus.

Hæc enim enumerata, & his familia, quæ non ex liberalitate, sed iniuncta in reipublicæ ac principum subsidium, soluuntur, non ob sportationem, aut exportationem, rei alicuius, vel ob transitum, aut propter venditionem, vel contractum alium, neque ob alium alium actum, meo iudicio, habent propriam summam ac præliam rationem tributi, vt distinguitur à vectigali. Atque hæc omnia, etiam quæ soluuntur ad sumptus & in vtilitatem populis, in quo quis habitet (exceptis, quæ soluuntur in vtilitatem prædiorum cuiuscuque contribuentium, à quibus neque ecclesiastici sunt exempti, vt infra diuinitus) appellatur in Castellæ regno *pechos*, à verbo antiquo *pechar*, hoc est, tribuere, & soluere, sicut frequenter in legibus partitarum, & in alijs antiquis iuris huius regni, & ita hodie (referente Oratoræ ca. 2. citato, numero 5.) in Galatia ad *pechero* uocant *ca. de paga*. Quare tributum præse, vt distinguitur à vectigali, & ab alijs iuribus regijs, quæ ad vectigalia reducuntur, tanquam eis affinia, & de illis participantia, & *pechos* in hoc Castellæ regno, id est sunt. Ab his autem omnibus soluendis immunes in hoc regno sunt, qui nobilitate de *hidalgia* gaudent; reliqui vero, ab onere soluendi ea omnia tributum, uideantur *pechos*. Quicquid autem Oratoræ de nobilitate, part. 1. c. 1. & c. 2. nu. 5. & 6. dicit, uocabulum *pechos* in hoc regno, minus late patet, quam uocabulum *derechos*: nam *todos pechos*, qui Regi debentur *derechos* Regis sunt, & in super uocabulum *derechos* Regis comprehenduntur vectigalia omnia, & quæ ad illa reducuntur, ut *alcavalas, montadgos*, & his similia, atque etiam iura salinarum, piscationum, mineralium, & similia alia, quæ diuersa sunt à vectigalibus. Vocabulum uero *rentas del Rey*, latius adhuc patet, quæ *derechos del Rey*, quoniam comprehendit *todos los derechos reales*, & in super redditus omnes alios ex prædijs, & bonis reliquis eorum regni.

Quantum autem tributum præse, ut à vectigali distinguitur, sit, quod explicatum est; atque hoc idem sit, quod ab *stipe* stipendium est dictum: eo quod, vt habetur l. *ager. §. stipendium. ff. de verb. sig. supra* que est explicatum, per *stipes* colligatur, uideaturque uocabulum, stipendium, inde ueterius extensum ad mercedes militum significandas, propterea quod inde soluebantur, & ad id potissimum stipendia, tributauit, colliguntur, vt habetur. §. stipendium citato: quamuis, inquam, hæc ita sint, nihilominus uocabulum, tributum, à tribuendo dictum, optime potest extendi ad significanda etiam vectigalia omnia, eaque, quæ ad vectigalia reducuntur, vt *alcavalas, montadgos*, & his similia, de quibus infra erit sermo: quin & ad significanda iura salinarum, piscationum, mineralium, & similia alia: sicque frequenter sumitur à doctoribus, & in communi uis loquentium sermone Hispano, in eaque significatione reperitur vsurparum in legibus partitarum: atque in eadem amplificatione est à nobis sumptum in titulo totius huic materie præfixo, sepeque deinceps in hac tractatione sumetur.

Antequam ad vectigalia, eaque, quæ vectigalibus affinia sunt, transitum disputatione sequente faciamus

faciamus, obferuandum est. Vocabulum, munus, vt habetur. l. munus proprie. ff. de verb. sign. tria significare. Significat enim donum. De qua significatione nihil ad præfens institutum. Item significat officium, seu administrationem cum honore, vt dicitur munus ducis, legati, antesignanti, magistratibus, &c. His ad iungit munera, que in utilitatem sunt publicam, & quantum honores non sint, nihil tam ingenuum ac nobiliter videri debent, ac proinde inter onera non comparantur. Et in hoc sunt munera tutoris, & curatoris, & eis similia. Tertio significat onus, distinctum ab officio in secunda munus acceptatione explicato. Atque hoc modo sumptum est triplex, vt habetur l. 1. de sequentibus præsertim. l. vlt. de muneribus, & honoribus, & notat Panormit. c. non minus, de immunit. eccl. & Doctores communiter. Quædam enim sunt patrimonialia, cuiusmodi sunt tributa omnia hæcenus explicata, tenemus suscipere de mandato Principis, aut Communitatis, vel iuxta legem, aut morem eius loci: hæc enim aliquid de obsequio & ministerio proprie persone, aut domesticorum, in hospitio interueniat; quia tamē plus inferunt bona externa, hospites recipientes, patrimoniale onus simpliciter id dicitur, vt constat iuribus citatis: talia ite sunt tribuere equam, curam, aut aliquid aliud, vt inferunt in aliquo opere; aut vt asportet aliquid in exercitum, tribuere nauem, aut aliud simile. Alia sunt personalia, vt quod aliquis per seipsum feriat in aliquo opere, aut eat in bellum, vel exerceat quodcunque munus, nec pro stipendio; attingit enim ad id, esto stipendium iustum ei soluitur, est onus personale tamē & non patrimoniale. Alia denique sunt mixta ex personalibus, & patrimonialibus: vt si quis aliqui horum præstare cogatur suis propriis sumptibus. Vt autem habetur, l. munus proprie. ff. de verb. sign. munus in secunda & tertia acceptatione, est munus proprie: in prima vero pro dono, non est ita proprie ac preste. Illud est obseruandum, nobiles, quos hidalgos in hoc Castelle regno vocant, quamvis exempti non sint a munere in secunda significatione ex tribus supra explicatis, exemptos tamen esse a munere in significatione tertia, hoc est non solum a tributis omnibus hæcenus explicatis, sed etiã a muneribus, seu oneribus personalibus, mixtisque ex personalibus & patrimonialibus. A munere in secunda & tertia significatione, dicta est immunitas, atque immunitas, id est, munera non subiens, ab eise subeundis exemptus: dictus etiam est municipis, quasi muneribus ciuitatis, aut oppidi subiectus, vt constat. ff. ad municipales. & ff. de iure immunitatis. C. de municipibus & originariis lib. 10. & titulis sequentibus.

13. Angaria, & parangaria, iuxta l. nemini. C. de sacrosanct. eccl. iuncta glof. 1. & 2. ibi, iuxta l. nemo ducum, cum sequentibus. C. de cursu publico & angariis lib. 12. videntur fuisse munera personalia aliquid vehendi, præsertim in transitu exercitus, pro utilitate publica, vel propria persona, vel simul cum iumentis, aut plauris: quod si sine stipendio fieret, ita vt onus nullum esset personale & patrimoniale, dicebatur parangaria (alij scribunt perangaria, à per, id est, valde, & angos) B contra vult glof. c. nō minus, de immuni. eccl. verb. angariis, vt scilicet angaria dicantur munera personalia propriis sumptibus, & parangaria sumptibus alienis. Angarij, iuxta Calepinum, dicuntur, qui feruorum ac iumentorum onera baiulant, & videtur Persecum nomen. Inde angarij, est sumere aliquem, vt tanquam mancipium, vel iumentum aliquid baiulet. iuxta illud Matth. 27. Exeunt autem inuenerunt hominem Cyrenam nomine Simonem, hunc angarijauerunt, vt tollet crucem eius; Alij dicunt, angariam esse gra-

A ue onus ac tributum, maxime si sit in iustitiam, iustitia dicitur, cap. non minus citato, & parangariam esse grauitissimum onus ac tributum; præsertim in iustitiam.

DISPV. 662.

De varijs vectigalium, eiusque affinium, nominibus, ac generibus.

S V M M A R I V M.
1. Vectigal, gabella, aduana, & portorium, quid.
2. Vectigal quantum iure communi soluebatur. Et ex quibus rebus non soluebatur.
3. Vectigal ex rebus, que mari asportantur, decima dicitur in Lusitania, quod decima pars soluitur. Et alia decima in super soluitur in Hispania, quam ibi vocant, hic vero aduana.
4. Vectigal peculiare soluitur ex rebus asportatis ex India, Brasilia regione, & ex Aethiopia.
5. Varia vectigalia, que in hoc regno, & in aliquibus alijs Hispaniarum soluntur, tam ex rebus, que mari asportantur, aut extrahuntur, quam ex alijs rebus.
6. Vectigalia consuetudinum regnorum.
7. Vectigalia ex lanis huius regni.
8. Vectigalia varia ad Portorium, seu Pedagogium attinentia.
9. Montado & seruitium, quid.
10. Gnilagium tributum, quid.
11. Salinarum tributum, & aliud ex piscibus impostum.
12. Vectigalium a solutione nemo exemptus, nisi peculiariter exemptus. Illi, quos hidalgos in hoc regno vocant exempti, nisi dum negotiantur.

Vectigal, vt a tributo preste sumpto dicitur, dicitur, à vehendo id dictum, vt dicitur in iurisdictione præcedente explanationum est. Græcè dicitur nuncupatur. Inde telonio, atque ad id ioma Latini accomodatum, telonio, dicta est mensa exposita, vt soluitur, ratioque illius in ea exigatur, & telonio, dicitur, quod illud exigunt.

De horum numero erat Mathæus, quem proinde sedentem in telonio vocat Christus, vt habetur Matth. 9. Marc. 2. & l. 1. de 4. Vectigal gabella etiam nuncupatur, & aduana, tamē in hoc Castelle regno aduana potissimum dicantur vectigalia, que soluntur in consilijs regnorum, quod terra aliquid asportatur de regno in regnum, aut etiam mari. Itē vectigalia portoria appellantur. l. omnibus. C. de vectig. Hispanie portoria, c. tit. 7. par. 3. & Lusitanie portajem. Tamē in Hispanijs nomen hoc nō omnia vectigalia soluit comprehendere, sed solum ea, que soluntur ob transitum per aliquem locum, aut ob inuentionem, vel extractionem mercium.

Est verò vectigal, vt id etiam comprehendit, quod vectigal est affine, vt eadem præcedente disputatione est dictum, tributum (sumpto vocabulo late) quod soluitur ob asportationem, aut exportationem, rei alienius, vel ob transitum, aut propter venditionem, vel contractum alium, aut ob aliquem alium actum. Tamē vectigal, & gabella, aliquid soluntur latius, & improprie, nempe vt tributum preste sumptum etiam comprehendit, maxime vocabulum gabella.

De iure communi in vectigal soluebatur octava pars rerum, que asportantur, aut exportantur: eaque de causa, qui id tributum exigebat, octauariam dicebantur, l. ex præstatione, & l. à legatis. C. de vectigal. l. 5. titulo 7. par. 5. Neque soluebatur ex ijs rebus,

rebus, quas quis asportat ad suum familiæque suæ vsum, aut ad hilem, vel ad ius colendum. l. vniuer. ff. C. god. tit. & l. 5. tit. 7. par. 5. Et quando totum vectigal princeps non habebat sibi peculiariter applicatum, in tres partes diuidebatur, & pars tertia ad ciuitatem, vel ad oppidum attinebat, in quo soluebatur, ad sumptus illius publicos: relique vero due partes ad principem spectabant. l. vlt. C. eod. tit.

In Lusitania ex rebus, que mari inferuntur, decima pars regulariter soluitur in vectigal Regi: ideoque id vectigal decima nuncupatur. Et quamvis quondam in Lusitania ea decima solueretur in mercibus; postea tamen optio mercatoribus facta fuit, vt vel in mercibus, vel in estimatione, solueretur; estimationeque valde fauorabilis fiebat mercatoribus. Et quoniam, quando mercēs vehendæ inferuntur, simul, quando inferuntur, cogunt mercatores solvere aliam decimam in siam, quam in eo regno vocant (in hoc vero aduana dicitur) nec postea, dum mercēs illæ venduntur, si alia soluitur; mercatores vero euehendo pretium earum mercium iuxta tributa, que soluntur, & iuxta alios sumptus, ac circumstantias concurrentes, id recipiant ab emptoribus: quoniam, inquam, hæc ita esse habent, quando primam illam decimam soluebat, non in mercibus, sed in estimatione, ex singulis centum, que ita mari inferentur, soluebat in vtriusque tributum viginti Regi. Quoniam in primam decimam, ex centum debebant decem: & quia hæc etiam decem ipsi relinquebant in mercibus vendendo alijs, accipiendo, que ab eis solam estimationem eorum, ex integra centum, que proinde vendenda ipsis relinquebantur, soluebat aliam integram decimam, quo ad estimationem, atque adeo ex centum soluebat viginti quoad estimationem. Quando vero primam decimam relinquebant in mercibus, quia solum ipsis vendenda relinquebantur cætera nonaginta, solum soluebat in siam nouem, que sunt decima pars ex nonaginta, atque adeo ex centum solum soluebat decem & nouem. In meo autem discessu ex Lusitania, mercatores conqueiebantur, quod estimationes non fierent fauorabiles, sed adeo rigide, vt ipsi potius eligerent solvere primam decimam in mercibus, & nihilominus cogerebant eam solvere quoad estimationem. Certe, si id fiebat, sola condudorum eorum vectigalium autoritate, id erat iniuriam: sed relinqueda esset optio mercatoribus, aut accipienda esset ea decima solum in mercibus, etiam inuitis mercatoribus, si id potius eligerent conductores, vel Rex ipse.

Quod si Regis autoritate fuit introductum, vt etiam introductum est Hispani, tunc sicut Rex augere potest tributa intra limites iustitie: ita illud statueri potuit, modo iustitie limites id ferant. Quantum autem soluitur in vectigal ex rebus, que ex Lusitania mari extrahuntur, ignoro: & que res in eo regno immunes sint ab eo vectigali, aut ex illis plus, vel minus, soluantur. Hæc vero vectigalia, ex rebus, que mari asportantur, aut mari extrahuntur, quoniam in eo regno soluntur, ratioque illorum redditur, in quibusdam domibus ad id deputatis, quas Alfandegas vocant, appellantur in eo regno, de rebus da alfandega.

Ex rebus, que in Lusitania asportantur ex India Orientali, ex Brasilia regione, ex Aethiopia, & ex alijs locis, ad que Rex aditum proprijs sumptibus aperuit, eaque proprijs sumptibus sustentat, defendit, ac auget, peculiariter vectigalia soluantur in domo peculiari deputata, vbi res hæc inferuntur, extaminentur, ratio eorum reddatur, ac tributa soluantur, que casu da India nuncupantur.

In hoc autem Castelle regno, quantum fit soluedum, de nouoque vt soluitur fit actum, ex rebus, Tom. I. I.

A huc maria asportantur, aut extrahuntur, del. Almoraxarifago del Arcofispado de Senilla, y Obispado de Caliz, & ex rebus, que terra Hispaniam inferuntur, aut ex Hispani extrahuntur, & quando Alcaualas fit in super soluenda, ac quantum, habetur libro nono in re collectionis tit. 22. & 24. Deputata vero sunt domus aduana, vbi hæc vectigalia soluantur, & ratio eorum, ac mercium, ex quibus soluntur, extingatur, tam in hoc, quam in alijs similibus. Almoraxarifago. Quantum autem soluendum fit ex rebus, que in nouum orbem deferuntur, & ex rebus, que inde in Hispanias asportantur, habetur eodem libro 9. tit. 26. Hæc vero vectigalia pertinent a el Almoraxarifago de las Indias, qui distinctus est ab Hispaniensi, ratioque harum reru peculiariter redditur in domo contractionis Hispanienti. Quantum item soluendum fit in Almoraxarifago regni Granatenfis ex similibus rebus, que extrahuntur, aut asportantur, atque etiam de la seda eius regni, habetur eodem libro 9. tit. 23. (anno 22. antecedente) & tit. 30. Quantum similiter soluendum fit in el Almoraxarifago de Murcia, Cartagena, y Lorca, habetur ibidem tit. 25. Item ex his, que mari extrahuntur, aut inferuntur, en la provincia de Guipuzcoa y condado de Vizcaya, decima pars soluitur, vt habetur lib. 9. tit. 2. tit. 28. vbi lege, que circa hæc disponitur. Item vectigal eodem modo soluitur ex rebus, que mari inferuntur, aut extrahuntur, en Galicia, Asturias, quatro facadas y en Ribades y Nauia; nisi inferantur ex locis coronę huius Castellæ regni, aut extrahantur ad ea loca. Ita habetur lib. 9. tit. 29. vbi lege alia, que disponuntur.

Decima quoque solui regulariter consuevit in consilijs regnorum ex mercibus, & etiam non solum, que inferuntur ex alio regno, sed etiam que extrahuntur. Et cum antea ex rebus, que extrahuntur ex Castella in Lusitaniam, & ex Lusitania in Castellam, solui non consueuerit, saltem integra decima, in regno vnde extrahuntur. Rex Lusitania Sebaltianus anno 1563. leg. 15. tit. 3. par. 5. legum extrauag. statuit, vt etiam ex mercibus, & cibarijs, que ex Lusitania in hoc Castellæ regnum extraherentur, solueretur in Lusitania decima propter similem legem latam in hoc Castellæ regno, anno 1559. que est l. 1. tit. 13. lib. 9. nouæ collect. qua factum fuit, vt ex mercibus & rebus, tum que ex Lusitania terra inferuntur in hoc regnum, tum etiam ex hoc regno inferuntur in illud, solueretur in hoc regno decima pars estimationis. In eadem vero lege 1. mentio etiam fit de similibus decimis, que soluntur in consilijs regnorum Aragonie, & Nauaræ. Hoc vero, & alia vectigalia, ex rebus, que terra ex Lusitania extrahuntur, aut in Lusitaniam inferuntur, soluntur in Lusitania in domibus ad id in eius regni consilijs deputatis, quas Alfandegas etiam vocant: in hoc vero regno in omnibus, quas aduana appellant, cuiusmodi etiam vectigalia aduana dicuntur.

Quæ autem vectigalia imposta in super sint ex lanis, que ex hoc Castellæ regno mari, aut terra, in alia regna extrahuntur, habetur lib. 9. nouæ collect. tit. 22. & tit. 22. l. 2. §. penult. Quæ item prohibita sint extrahi ex hoc Castellæ regno, aut ad illud afferri, magna ex parte habentur lib. 6. nouæ collect. tit. 18.

Quæ vectigalia sunt imposta ac soluntur ex rebus, que in ciuitatibus, & oppidis, inferuntur, aut eis extrahuntur, vel ob transitum per oppidum, pontem, litem, aut alium locum, portorium dicuntur, Hispanice vero portazgo, & Lusitanice portagem. Appellantur etiam pedagogium. Quin & aliquando hoc nomen, sicut & portorium, extenditur ad significationem vectigalia inuicertim, gabellas, &c. Eiusmodi

Y modi

modi uectigalibus adiunge, quae imposita sunt ac sol...

Ad portoria, seu pedagia, suo modo spectant uectigalia...

Pertinet etiam uectigal illud ex eiusmodi animalibus...

Quod pro ducatu per aliquem locum soluitur, aut pro protectione...

Ueetigal foret imponi tali, quod conficitur, aut ex trahitur...

Non est uero nobis hoc loco animus tradere in particulari...

Illud est obseruandum, a uectigalibus soluendis neminem...

pria, ipsi indecens, atque interdita immunes non sunt...

DISPVTV. 663.

De alcauala, Sisa in Lusitania dicta. Et qui a solutione illius sint immunes.

S Y M M A R I V M.

- 1 Alcauala origo, & unde dicta. quid sit, & in qua quantitate...
- 2 Alcauala ex uenditione soluitur, & ex permutatione duplex...
- 3 Qui alcaualam soluere tenentur, & qui ab ea solui da sunt exempti...
- 4 Alcaualam non debet Rex ex rebus ipsis, quae uenduntur...
- 5 Alcaualam non debet Rex ex rebus ipsis, quae uenduntur...
- 6 Alcaualam non debet Rex ex rebus ipsis, quae uenduntur...
- 7 Alcauala quorsuo debeat ex fructibus rei ecclesiasticae...
- 8 Alcauala quorsuo debeat ex fructibus rei ecclesiasticae...
- 9 Alcauala debetur si laicius ius aliquod suum donauit...
- 10 Ex iure illo non debent possessores illius ecclesiasticae subsidium...
- 11 Ecclesiasticus, qui ab Alcauala solutione est immunitus...
- 12 Alcauala non debetur ex bono aliquo hereditatis...
- 13 Quae loca & persona exempta in hoc regno a solutione...
- 14 Alcauala debetur ex re, quam quis uendit, & in qua...
- 15 Ueetigalia, quae ex accessu ad aliquem locum ab aliis...

Idendum peculiariter est de duobus tributis, quae uectigalibus sunt affinia...

uocant) duodecim (post quem ad huc vsque tempora nullus...

Tomo precedente dictum est, tributum hoc alcauale exigi...